

V. a fol. 126. habetur manu Seculi XIV. absque titulo *Liber Psalmodiae ecclesiasticae* per anni decursum incipiens ab *Hymnis*,

Vox clara ecce intonat.

Obscura queque increpat.

Pellantur eminus sompnia.

Ab ethre christus promicat.

Mens jam resurgat torpida.

Que sorde extat saucia.

Sidus refulget iam nouum.

Ut tollat omne noxium.

Hymnis succedunt *Antiphonae* et *Collettae* tam de tempore, quam de Sanctis, omiſſis tamen Psalmis, et fol. ult. soli Versiculi *Paschales* signis *musicis* notati comparent.

XXXI. VIII. A. 7.

⁴¹ Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 295. f. max. nitide per duas columnas scriptus, et capitalium rubricis decoratus exhibet charactere majore *Psalterium Davidis*, minore vero ad singulos Versiculos *Glossam* sive Commentarium *Petri Lombardi* Episcopi Parisini, vulgo *Magistri Sententiarum*, qui Sec. XII. claruit, nusquam tamen in Codice nostro nominatur. Praeloquium sic incipit: *Cum omnes prophetas spiritus sancti revelationem constet esse locutos dauid prophetarum eximius quodam digniori et excellentiori modo quam alij uelut tuba spiritus sancti prophetauit.* Commentarius vero ipse sic: *Beatus*, cui omnia optata succedunt, uir, sci-

quos inter multi, quibus nunc emendationibus utimur. Ita confer sequentem cum eo, qui nunc in *Laudibus Adventus* canitur:

E sursum agnus mittitur.

Laxare gratis debitum.

Omnes pro indulgentia.

Vocem demus cum lacrimis.

Secundo ut cum fulserit.

Mundum que orror cinxerit.

Non pro reatu puniat.

Sed pius nos tunc protegat.

licet contra prospera et aduersa firmus, *qui non abiit*, a deo in regionem dissimilitudinis, id est, cogitatione non peccavit, *in consilio impiorum*, id est, quamvis impii hoc molirentur &c. In fine Commentarii disquisitio de numero Psalmorum instituitur, quae finit: *Penitentiae igitur uox est: Miserere mei deus. iusticie uox est: Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. vite eterne uox est: Omnis spiritus laudet dominum.* Et mox rubrica quadrata: *Explicit Psalterium Davit.* Opus nostrum centonem esse ex anteriorum PP. commentariis contextum vel ipsa Editionis, quam primam censeo, quaeque in variis Bibliothecis custoditur, f. l. et a. f. inscriptio docet, quam adponere iuvat. *Petri Lombardi quem et Magistrum Sententiarum dicimus, Glosa ordinaria in Prophetam, de quo Dominus ait Elegi tibi David uirum secundum cor meum. hic intitultur Liber. Qui sumptus est ex scripto Gregorii. Hieronimi. Ambrosii. Cassiodori. Alcuini. Remigii.*

gii. Origenis. Ysidori. Hylarii. Ad-
di poterat Augustini, Haymonis
et aliorum. Editionem hanc ex-
cepere Noribergensis per Frisner
et Sensenschmid 1478. f. Basileen-
sis per Nic. Kefsler 1486. f. et
Parifina per Joan. Lodoicum pro
Ponceto le Preux 1541. f. Au-
tores praecipuos, qui de Petro
nostro tractarunt, habes in Ham-
bergeri utilissimo opere: *Zuver-
lässige Nachrichten von den vor-
nehmsten Schriftstellern* &c. P. IV.
p. 224. Ad Novariam natum post
alios adferit, sed *Lettere ragio-
nate* 1775. Lucae editae *Lucen-
sem* fuisse enixe contendunt.

XXXII.

950 Codex membraneus lat. Sec.
XIV. Folior. 133. in f. luculen-
te scriptus, et praeter literas ini-
tiorum auro, coloribusque spe-
ciosas pluribus Iconibus deaura-
tis, depictisque, rudioribus tamen,
adornatus complectitur *Pfalte-
rium*, et alia, prout sequuntur.
Calendario praevio praeter Signa
Zodiaci, et Georgica adpicti sunt
Apostoli, non tamen prorsus eo
ordine, quo singulis mensibus fe-
stus cuivis dies agitur, mense item
Junio Apostoli loco S. quidam
Praeful comparet, quem ex ha-
bitu *Basilium* M. cenfeo, quam-
vis nomen ejus ad diem 14. defit.
Nihil in hoc *Calendario* singulare,
nisi quod ad diem 25. Febr. mi-
nio legas: *Aduentus S. Mauricii*;
unde fortasse conjectes, *Codicem*
nostrum olim ad Ecclesiam *Mag-
deburgensem* pertinuisse; narrat

enim *Ditmari Chronicon* T. I. *Rev.
Brunsv. Leibnitii* p. 334. Adla-
tas esse S. *Mauritii* reliquias *Ot-
toni* I. Imp. *Ratisbona* a. 961. in
vigilia Nativitatis Domini, ab eo-
que maximo honore *Parthenopolim*
s. *Magdeburgum* transmissas,
et unanimi indigenarum et com-
provincialium ibidem conventu su-
sceptas fuisse. Quod si inter adla-
tas et transmissas intervallum ali-
quod temporis subponamus, quo
in Coenobio *Bergensi* quievit,
facile adtingetur exitus *Februarii*.
Atqui transmissionem factam ejus-
modi tempore docet *Drëfferus*
cit. a *Papebrochio* in Annot. ad C.
I. *Analector. Norbertin.* T. I. *Act.
SS. Junii* p. 861. *Otto I. impe-
rator* summo frigore nudis pedibus
*reliquias (Mauritii) ejus ex coeno-
bio Bergensi S. Benedicti in eam*
*(Ecclesiam) intulit, atque in sum-
mo altari reverenter deposuit.* Con-
fer *Acta SS. Septembr.* T. VI. p.
391. ubi tamen de *Commemora-
tione* nostra nihil reperi. Sequitur
jam *Psalterium*, cui folium inter
Pfalm. Conferua me Domine &c.
et *Diligam te Domine* &c. exci-
dit. Abest item *Pfalmus* integer
CXVII. et fol. 66. post *Pfalm.*
Qui regis Israel &c. interjectae
sunt Orationes binae: *Deus qui*
de beate &c. et: *Deus qui dedisti*
nobis famulis tuis &c. de Trinita-
te. Fol. 115. p. 2. succedunt ce-
tera *Cantica Biblica* cum Hymno
Te Deum, Symbolo dicto *Atha-
nassi* et *Litaniis* OO. SS. in quibus
cum inter Confessores invocetur
S. *Godehardus Ep. Hildesienfis*,
qui in *Vita* apud *Leibnit.* T. I.
Rev.